proneruo quem nos diximus · lxx · & theodotio uestere cataracten;
symmachus · ΒΑϹΑΝΙϹΤΗΡΙΟΝ · siue ϹΤΡΕΒΛΩΤΗΡΙΟΝ · quod
utrumq; tormenta significat; Nos autem neruum diximus more
uulgari quod tormenti genus & in actib; apostolorum legimus
quando apostoli paulus & silas in custodiam carceris dati sunt; Iste
autem erat pontifex templi & data sibi sacerdotii dignitate inp
uersum abutitur; Non ut doceat & sermone corripiat, sed ut
cruciatibus terreat; Unde & saluator & apostolus paulus iussione
pontificis uerberantur; Nec mirum si hodieq; serui dī caedantur &
caphas chor mittantur in carcerem, horribili custodia reseruen
tur; Datur enim haec potestas a dō · ut prophetarum ostendatur
fides; Nec tamen maior est ille qui caedit · sed fortior iste qui caeditur;
& patienter propheta suscipit iudicium dī nec reclamat aduerberu,
sed considerat imperantem · emmer · uerbum sonat, de quo saepe
nigredo generatur; Non parentis uitio · sed scelere degenerantis;
Tormentum autē quo cruciatur propheta uidetur in parte dextera
qd interpretatur beniamin · & in porta sublimi, quae non ueritatē
s. indicat sed iniustum pontificis potestatē; Cumq; inluxisset in cras
s. tinum · eduxit phassur hieremiā de neruo; & dixit ad eum hieremias;
s. Non phassur uocauit dns nomen tuū, sed pauorem undique;
Et hic tā nomen pontificis quā tormenti genus · similiter omnis scri
ptura interpretati sunt; Mutatur autē nomen pontificis · ut ex nomi
ne futurorū suppliciū demonstretur; Nequaquā inquit habe
bis oris nigredinē & iniquae imperiū potestatis, sed captiuus du

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0192